


L I B E R I.

num, necnon reliquorū parallelorum, ad illud quod est per axem aspectuum seu uisus, quum circūferentia e f partium extat uiginti triū semis cum tertia. Intelligentur itaq; a e f c & b e d recta pro circūferentibus b e, rationē habētib; ad e f, quā 90. ad 23. dimidiū & tertium, & producta c a cadat in centrū: in quo scribatur b f d circuli segmentum, iuxta g. Sitq; nunc propositum ut ratio inueniat g f ad e b, lungetur itaq; f b recta que bifariam diuidatur in h, cōiungatur etiā h g, nempe ut perpendicularis ad b f fiat. Quoniam igitur qualium est b e recta nonaginta talium supponitur e f uiginti trium & semis cum tertia eorundem,

erit & b f subtenfa nonaginta trium cum decima. Angulus uero sub b f e talium centum quinquaginta cum tertia, qualium duę rectę trecentarum sexaginta: reliquus uero angulus sub h g t eorundem uigintinouem cum tertijs duobus ac ideo ratio g f est ad f h eadē, quę 180. semis cum tertia ad 46. & semis cum uicesima: & qualium est h f recta 46. semis cum uicesima, talium b e recta nonaginta: ita ut qualium est e b recta 90. eorūdem est f e 23. semis cum tertia, ac ideo qualium est e b recta nonaginta, talium habebimus & g e rectam 181. semis cū tertia. Signum q; g in quo omnes scribantur paralleli in descriptione plana.



His premissis accipiat tabula a b c d, quę iterum in duplo maiorem habeat a b quam a c, sed equalem

a e cum e b, & ad ipsas rectam e f: diuidaturque æqualis aliqua e f recta in nonaginta quadratis partes, accipiantur

c 4 turq;